



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. II. Præmittenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

S E C T I O VI.

Obiectio difficillima.

§. I.

Quia pleraque confessiones erunt invalidæ, adeoque repetendæ.

S U M M A R I U M.

*Quia ad summum dici potest confessiones prætextu Cruciatæ, aut privilegiorum factas, fuisse illicitas, non invalidas, n. 129.**Hoc argumentum petit regulam pro discernendâ confessione illicitâ ab invalidâ, n. 130.*

N. 129. **E**N obiectio, quæ me dirè ex cruciat. Vel confessiones factæ cum approbato à quolibet Diocesano, & sine approbatione proprij, & factæ cum Regulari ab alio, non à Diocesano, approbato, dicente se vi suorum privilegiorum posse absolvere, & factæ à seculari aut Regulari vi Cruciatæ, sub iudicio certò probabili de valore absolutionis, sunt tantum illicitæ, vel etiam sunt invalidæ? Si invalidæ, omnes repetendæ erunt; quo quid durius, quam obligare, qui bonâ fide cum dolore, & proposito, omnia sua peccata summo cum rubore confessi sunt, putans se posse validè vi Cruciatæ absolvi, teneatur omnes eas confessiones repetere, & peccata in eis deposita teneatur iterum subicere? Idem est de alijs opinionibus iudicium, sub quibus aliquis bonâ fide credit se validè absolutum; quod omnes illæ confessiones repetendæ erunt ob absolutionis nullitatem: ergo dici non potest esse invalidas, sed tantum illicitas ex parte Confessoris. Atque adeo dum Urban. VIII. dixit Cruciatam non suffragari potuisse Regularibus, sensus sit non potuisse licitè suffragari, non verò validè; & dum Clem. X. & Innoc. XII. dictas confessiones aiunt irritas, & invalidas, velint unicè esse ex parte Confessoris absolventis illicitas; eo modo, quo contractus illicitus, & turpis, dicitur in iure impossibilis. Quin ne quidem dici potest fuisse illicitas ex parte Confessoris, quatenus potuit bona fide iudicare, se, vi suorum privilegiorum, aut vi Cruciatæ habere jurisdictionem ad validam absolutionem activam conferendam; non minus ac poenitens bonâ fide iudicat ad validam absolutionem passivam recipiendam se habere facultatem.

N. 130. Hoc argumentum, non nisi penes illos, qui per extrema procedunt, facilem habere potest solutionem: nempe vel obligando omnes, qui hæcenus bonâ fide, tum Confessoris iudicantis se posse absolvere sub

Tom. III.

opinionibus dein damnatis; tum poenitentis cum dolore, & proposito omnia mortalia factis, obligando, inquam, ad omnes tales confessiones iterandas; quod vix possibile & durissimum est: vel neminem obligando ad eas confessiones repetendas, quatenus uterque, tam Confessor, quam poenitens bonâ fide processit; hoc verò laxissimum est: ut enim poenitens bonâ fide putans se habuisse dolorem, cognoscens deinde se eo caruisse, teneatur, ut de sua necessariâ dispositione dubitat, repetere confessiones ex defectu sui doloris invalidas; ita quoque Confessor dubitans de sue absolutionis valore, immò conscius de nullitate, tenebitur poenitentem monere ut confessiones repetat, quin poenitens ipse, si ve ex notitiâ Confessorij, si ve aliunde sibi persuadens nullam fuisse Confessoris absolutionem, tenebitur ad iterandas factas sub dictis damnatis opinionibus de absolutionis valore confessiones. Petit ergo hoc argumentum regulam, quâ conscientia mederi possimus: si enim dixerimus omnes invalidas, omnes repetendæ: si nulla, nulla repetenda.

§. II.

Premittenda.

S U M M A R I U M.

*Potestas absolvendi est de essentia Sacramenti Poenitentia, n. 131.**Laicis non convenit ex Tridentino, ibid.**Ea potestas etsi sit juris Divini, simul tamen est juris Ecclesiastici quoad usum, ibid.**Alia est ordinaria, alia ex privilegio juris, alia delegata. Quid? n. 132.**Qui ex officio absolvit, videtur per ipsam beneficii curati electionem approbati quoad absolvendum, ibid.**Quibus ex iure conveniat potestas absolvendi, ibid.**Qui sit sensus horum verborum, Error communis, Titulus coloratus, consuetudo, dant jurisdictionem? n. 133.**Quinam hujus, Ecclesia dat jurisdictionem? Ibid.**Absolvens sine Ecclesie consensu, invalidè absolvit, ibid.**Quid Christus D. quid Ecclesia det potestatis Sacerdotibus? Ibid.**Quid error communis; quid titulus putativus? n. 134.**Unum est separabile ab alio, n. 135.**Quodnam satis sit, ut iudicetur, quod Ecclesia certam det jurisdictionem, n. 136.**Omnes timent errorem cum titulo satis esse, ib.**Non ita sine titulo, n. 137.*

Ss

Omnes

Omnes quoque, quod solus titulus sine errore, n.
138.

Consuetudo est certum jurisdictionis signum, n.
139.

Consuetudo juxta, supra, & contra legem, quid?
Ibid.

An dari possit consuetudo legitima contra leges
Canonicas? Ibid.

Quando Ecclesia suppleat jurisdictionem? n. 140

N.

131.

Ibn. XI.

Certum 1. jurisdictionem seu absolven-
di potestatem esse de essentia Sacra-
menti poenitentiae instituti ad formam judi-
cij, unde qui hoc negant, ut tueantur licere
absolvere sub jurisdictione certo probabili,
ne incurrant in damnationem ab Innoc. XI.
*quod licet in Sacramento uti materia, & for-
ma tantum probabili, relicta tutiore, negant rem
evidentem*; quod longe peius est, quam so-
lutionem argumenti ignorare. Est igitur po-
testas, immo, per me, intentio absolvendi de
essentia Sacramenti poenitentiae, non minus,
ac ut late docui in tract. de Sacramento, inten-
tio baptizantis, consecrantis, & contrahen-
tium, est de essentia Baptismi, Eucharistiae,
in fieri, & Matrimonij, ut etiam dixi d. 22.
n. 227. Hec absolvendi potestas, quia vi Or-
dinis Sacerdotalis à Christo D. confertur,
ideo laicis non convenit, ut ait Tridentinum
sess. 23. de Ref. cap. 15. & sess. 14. cap. 7. et si
autem hoc utrumque sit de jure Divino,
quod vi Ordinis conferatur, & quod laicis
non insit; attamen ea absolvendi jurisdic-
tio est simul juris Ecclesiastici, ad quod perti-
net ampliare, limitare, quomodo, quando,
qualiter, ad quos, & in quos exercere ea ju-
risdictio possit, prout Pontificibus in Do-
mino visum fuerit. Hanc enim dispositio-
nem Christus D. Ecclesiae capiti, ceteris-
que ejusdem Episcopis reliquit: qui, si Sa-
cerdotes aptos invenerint, juxta eorum ap-
titudinem, quae in vitae, & doctrinae in-
tegritate consistit, ampliore, aut limita-
torem jurisdictionis utrumque, quoad tempus,
loca, personas concedunt: et si ergo po-
testas absolvendi sit à jure Divino, attamen
ejus usus, & exercitium est ab Ecclesia, sine
qua ea potestas, praeterquam in articulo
mortis, est nulla.

N.

132.

Certum 2. jurisdictionem absolvendi
aliam esse Ordinariam, aliam ex privilegio
juris, aliam Delegatam. Ordinaria est, quae
competit vi officij, qualis est Episcopi re-
spectu suae Diocesis, Parochi respectu suae
Parochiae, Praelatorum Regularium res-
pectu sibi subditorum. Hae jurisdictiones Ordina-
riae approbatione non eget, quia approbatus pro
tali munere, eo ipso censetur quoad ejus

muneris officia approbatus. Ex privilegio
juris est, quam jus concedit tanquam per-
sonale privilegium, ut pro arbitrio eligat
pro suo Confessario etiam non approbatus.
Hanc passivam, ut quis à quolibet absolvi
possit; jurisdictionem dicunt Cardinales,
Nuntios, Episcopos, & supremos Praelatos
Regulares habere. At si habeant, si non
habeant, quod non disputo, ne umquam
verum sit, quod non approbatus absolvere
possit, dicerem quod eo ipso quod talis Sa-
cerdos eligitur à illis viris, eo ipso ab il-
lis approbatur, nam judicatur aptus pro dan-
da absolutione: ergo jurisdic-
tio haec passiva, ut quis absolvatur, etiam à jure concessa, prae-
supponit semper Confessoris approbatio-
nem. Delegata est, quae exerceri nequit sine
Episcoporum loci, in quo quis absolvit, ap-
probatione; quae posita, delegatur Sacerdo-
ti libertas utendi potestate absolvendi vi
Ordinis collata.

Certum 3. ne minus periti reguli Theo-
logorum, & Juristarum loquendi phrasae se
implicent, dum frequenter hos audiunt ter-
minos; *quod error communis, quod consuetudo,
quod titulus coloratus dant jurisdictionem*, non
est sensus, quod revera eam dent; sed sensus
est, quod quoties ea adfuerint, toties Ecclesia
amplius Sacerdotis jurisdictionem; & Re-
ges Judicum auctoritatem. Similiter dum
dicitur, Ecclesiam dare jurisdictionem, non
est sensus, quod potestas absolvendi non
sit vi Ordinis à Christo D. collata, est enim
sed sensus est, eam exerceri non posse sine
Ecclesiae consensu: hinc quia usus ejus po-
testatis pender ab Ecclesia, ideo ea potestas
dicitur dari ab Ecclesia dante utrumque. Quare
si Ecclesia non consentiat, perinde est (ex-
cipe mortis articulum) ac si Sacerdos eam
potestatem non haberet: & ideo laudandi
mihi iterum Pontifices, quod absolutiones
datas si vi Cruciatæ, si vi privilegio-
rum, si vi praescriptivæ à Cruciatæ, & privile-
gijs, absolutiones, inquam, datas à Sacer-
dote per loci Dioecesanos non approbato
vocare irritas, nullas, invalidas; quia perin-
de sunt, ac si non darentur: etenim Sacerdos
sine Ecclesiae consensu absolvens, perinde te
habet ac non absolvens; sed non absolvens
facit Sacramentum poenitentiae irritum, nul-
lum, & invalidum: ergo etiam ille, qui si-
ne, immo contra Pontificum consensum
absolvit. Distingui igitur potest in Sacerdo-
te potentia remota, & proxima jurisdic-
tionis. Illa non est nisi jus absolvendi collatum
à Christo D. cuiuslibet Sacerdoti. Haec est di-
ctum jus completum à consensu Ecclesiae
per suos Episcopos.

Sci-
ent.

N. 134. Sciendum porro, quid sit error communis, & quid titulus coloratus. Error communis est, quando idem error habetur communiter tamquam veritas, & quidem penes prudentes. Titulus coloratus seu putativus est, quando datur titulus aliquis, in quo ille error fundatur: constat hoc in Sacerdote, qui nemine contradicente audit confessiones; immo fictis litteris Parochum se fingit: in quo casu fictæ litteræ sunt titulus; & simul sunt fundamentum erroris communis, quo indubitanter habetur, ut approbatus, immo ut Parochus.

N. 135. Certum 4. adest posse errorem cum titulo putativo, & sine eo: & titulum cum eo, & sine eo errore communi. Adest error communis cum titulo tum in dato exemplo, tum in Sacerdote, cui a legitimo Superiore collatus sit titulus Parochi, qui tamen ob defectum occultum est incapax, vel quia irregularis, vel quia simoniacus, &c. Adest error sine titulo, cum putatur ex gravissima ratione approbatus, & non est. Adest titulus coloratus sine errore communi, cum quis falsam fingit suæ approbantis authenticam. Adest titulus coloratus cum errore, quando supposito titulo electionis in Parochum, reputatur communiter Parochus.

N. 136. Certum 5. Theologos inter se satis discordes esse, quodnam ex relatis satis sit, ut Ecclesia conferre censenda sit Sacerdoti certam jurisdictionem. Quod error communis cum titulo colorato satis sit, est inter T. T. & Jurisconsultos omnino certum, ut legere est in P. Carden. *dis. 2. in dam. ab Innoc. XI. n. 148.* Fundantur Jurisconsulti in lege *Barbarius. ff. de officio Prætoris*; & in *caput. Insanis. 3. qu. 7.* quo decernitur, quod si servus, qui jurisdictionis incapax est, ignoretur esse servus, & ex delegatione dederit sententiam, sententia ab eo lata sit valida: hoc verò, ut rectè notat P. Cardenas, non quatenus verum titulum exercendæ jurisdictionis habuerit, sed quia Princeps ob publicam utilitatem sententiam fecit validam. Fundantur Theologi, quia si error communis cum titulo putativo non dat jurisdictionem ob commune Fidelium bonum, innumerus Fidelium numerus æternæ subiceretur damnationi, etsi invincibili ignorantia laborarent; immo ducti titulo putato ab illis certo, quod Sacerdos ille jurisdictionem haberet, eam ipsam incurrerent ruinam. Lege P. Sanch. *lib. 3. de Matrim. d. 22. n. 5.* Card. de Lugo de Pœnit. *d. 23. sect. 8.* & alios.

N. 137. Quod satis sit error communis sine titulo ut Princeps, & Ecclesia certam dent jurisdictionem, non est adeo certum, quin plerumque

que conferri negant, legendi apud P. Sanch. *l.c.* & P. Card. *l.c.* quibus addo Card. de Lugo *tom. 2. de Just. d. 37. n. 23.* Potestatis *tom. 1. n. 3262.* Hi tamen citati DD. tuentur quod sententia asserens solum errorem communem satis esse ut Ecclesia det jurisdictionem, tuentur, inquam, esse certò probabilem: eorum ratio est; quia eadem sequentur inconvenientia, si sub solo errore communi non conferatur jurisdictione, ac sequuntur si sub errore communi, & titulo colorato non conferatur; ergo si sub errore communi conjuncto cum titulo colorato conferatur; ne innumeræ pereant animæ, conferatur quoque, si adsit solus error communis sine titulo colorato.

Quod demum solus titulus coloratus sine errore communi conferat, est prorsus certum ex eadem ratione, & nervosè probatur à P. Card. *a. n. 159.*

Certum 6. quod præter dicta signa, ex quibus certò colligitur Principem, & Ecclesiam certam conferre jurisdictionem, est ipsa quoque consuetudo legitima, & non derogata, ut latè expendit P. Card. *l. c. a. n. 161.* collectis pluribus ex jure textibus, quibus apertè dicitur, quod consuetudo det jurisdictionem. Hoc ipsum tamquam certum ab ipso Tridentino supponitur, ait enim *sess. 2. de Reform. cap. 3. Si alicui ex prædictis Dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis de jure, seu consuetudine jurisdictione non competat*: ergo ipsa consuetudo evidens indicium est collatæ ab Ecclesia jurisdictionis. Nota autem quod consuetudo alia est juxta legem; hæc autem est optima legum interpretis; alia præter legem, nempe quæ novam à legis obligatione distinctam obligationem inducit; ut in aliquibus Regnis lex jejuniij, quæ ex se non obligat abstinere à lacticiis, obligat tamen eo in Regno, ubi utus est, quolibet jejuniij die sive intra, sive extra Quadragesimam ab illis abstinere. Alia contra legem, & hæc derogat legi, non quidem Divinæ, aut naturalij, quæ à nullâ consuetudine tolli possunt, sed humanæ, sive Ecclesiasticæ, sive sæculari. Hæc tamen consuetudo contra leges, etsi Canonicas, ut licita sit, debet vel tacita Superiorum permissione, vel ejus legis præscriptione, esse introducta. Hinc P. Mendo in sua Epitome *verb. consuetudo*, P. Gobat. *tom. 1. tr. 9. n. 23.* Felix *tom. 1. n. 243.* & alij asserunt, dari posse consuetudinem contra leges Civiles, & Canonicas, & contra impedimenta jure humano dirimentia Matrimonium; contra ritus Sacramentorum, non tamen eorum substantiam, ut satis experientiâ ipsâ docemur.

P. Sanch.
P. Card.
C. de
Lugo
Felix.

N.
138.

N.
139.

P. Card.

Trident.

P. Mendo.
P. Gobat.
Potest.

Ss ij

Modò

N. 140. Modò præcipuum difficultatis punctum est determinare, quando Ecclesia suppleat jurisdictionem; quo deciso, facile erit definire, an confessiones factæ sub probabilitate jurisdictionis, etsi prorsus suppositivæ, fuerint invalidæ, adeoque iterandæ.

§. III.

Objectionis solutio.

SUMMARIUM.

Toties Ecclesia certam dat absolventi potestatem, quoties datur inter classici DD. certò probabilis de jurisdictione opinio, n. 141.

Doctores, ibid.

Aliquæ illationes pro reservatis, ibid.

Rationes, n. 142. 143.

Opinio debet tunc esse certò probabilis, n. 144. 145.

Si non sit certò probabilis, sed dubia de probabilitate non dat, n. 145.

Non satis judicium certò probabile de jurisdictione, sed supervenire debet reflexum, quòd eo stante Ecclesia det certam jurisdictionem, n. 146.

Nulla Confessio ratione absolutionis est invalida, quoties absolutio fundatur, vel in errore communi, vel in titulo colorato, vel in legitima Ecclesia consuetudine, vel in certà de jurisdictione absolventi probabilitate, n. 147.

In his Ecclesia det certam jurisdictionem Confessori, ibid.

Absurdà oriuntur ex ipsà hypothese absurdà, supposità ut verà, n. 148.

Cur Innocentius XII. dixerit, confessiones deinceps faciendas, futuras nullas? n. 149.

An error inculpabilis satis sit, ut Ecclesia det absolutioni valorem? n. 150. 151.

Ignorantia culpabili non dat, n. 151.

Quid importent illa voces, error invincibilis, titulus coloratus, opinio certò probabilis de jurisdictione, dant jurisdictionem, seu valorem? n. 152.

Jurisdictio absolventi est de essentiâ Sacramenti confessionis, n. 153.

Ita insertur ex Tridentino, ibid. & n. 154.

Ecclesia nil directè potest circa materiam, & formam Sacramentorum, n. 155.

Eadem materia confessionis in moribundo, ac in sano, ibid.

N. 141. Dico toties Ecclesiam certam dare Confessori jurisdictionem, quoties adest certò probabilis inter classici Doctores de jurisdictione opinio. Ita expressè P. Card. diff.

P. Card. 2. à n. 161. qui plurimos expressis eorū verbis recitat, quos inter P. Lessium lib. 2. de

Just. cap. 29. dub. 8. n. 68. dicentem: Non solum error communis, sed etiam probabilis Doctorum assertio efficit ut Ecclesia det jurisdictionem. Idem ait P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 27. sect. 2. n. 7. scribens, esse universalem C. de Ecclesia u. sum: si autem est universalis, uti liquet, que est certus: ut Sacerdotes secunde utantur huiusmodi jurisdictione, nempe probabilis. Idem Card. de Lugo d. 19. de Penit. sect. 2. n. 31. facit dicens, quòd sit Ecclesia totius prædicti usus absolventi sub iudicio de certò probabilis jurisdictione. Idem P. de la Fuente in sua Theologia reformatà, ait enim quòd in illis, quæ ad Sacramenti valorem ex Ecclesiæ dispositione requiruntur, licet sit opinio probabilis: & hanc sententiam plurimis recitat ait moraliter certam. Idem P. Nogueira d. 7. à n. 81. pag. 76. dicens, quòd jurisdictio absolventi à reservatis ex opinione probabilis sit certa, conferente illam Ecclesiæ; & citat P. Suar. tom. 4. in 3. p. d. 32. sect. 5. P. Sanchez lib. 3. de Matrim. d. 20. n. 4. & d. 22. n. 65. & in Summa lib. 1. cap. 9. n. 3. Balthus Ponce lib. 5. de Matrim. cap. 19. & 20. P. Palao tom. 1. tract. 1. d. 2. P. Tambur. lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 3. n. 21. & plures alios, quibus addo P. Mendo disp. 25. cap. 3. & seq. dicentem, omnes confessiones vi suppositæ facultatis vi Cruciatæ factas esse repetendas, nisi ex errore invincibilis dictæ opinionis judicatur fuerint certo probabiles.

Ratio conclusionis est; quia Ecclesia certò dat jurisdictionem, quoties penes sapientes adest error communis, putatus invincibiliter veritas, ut asserunt omnia jura, & Theologi: ex. gr. cum aliquis Sacerdos habetur invincibiliter apud plerisque prudentes, ut approbatus, cum non sit: vel cum habetur ut Parochus ex testimonio ficto, habito invincibiliter ut vero, cum non sit: sed opinio certò probabilis de jurisdictione habetur ut certò vera de probabilitate jurisdictionis, atque adeo est error communis de probabilitate jurisdictionis: ergo Ecclesia tunc dat certam jurisdictionem: ergo quoties Confessor ex certo probabilis de jurisdictione iudicio absolvit, habet ex communi Ecclesiæ praxi certam ab Ecclesiâ jurisdictionem.

Secunda ratio est; quia approbata consuetudo Ecclesiæ aut Principis consuetudo certam